

THOMAS DE ARGENTINA.



Thomas Argentinæ natus & educatus innocentia uitæ & rara eruditione optimis quibus que conferri potuit. Erat enim in Philosophia & Theologia doctissimus. Itaq; ordinis fratrum Heremitarum S. Augustini post Gregorium Ariminensem Prior generalis electus fuit. Quamprimum eam uocationem adeptus esset, suum ordinem ad uirtutes diligenter est adhortatus, atque id quod docebat ipse suo exemplo primus præstitit, anno circiter millesimo sexagesimo quinto. Scripsit etiā multa præclara uolumina, quibus nomen suum apud posteros conseruauit. Ex ijs extat opus luculentum in libros sententiarum, atque Constitutio-nes sui ordinis. Tandem mortuus magnum desiderium sui apud omnes reliquit. Trit.